Historia
Vitæ, Fatorum et Obitus
Caroli Nicolai Langii

Lucernens. Helvet. Phil. et Med. D. Acad. Cæs. Leopoldino-Carolinæ, Societ. Reg. Prussicæ, Phys. Crit. Senens. et Scientiarum Bononiensis, nec non Reipub. Lucernensis Senatoris,

Particula X.
Musei Helvetici, quod Turici
editur, inserta.
A°. M. D. C. C. X X X X X V III.

Græcis olim, et Romanis in usu fuisse constat, ut præclara virorum, virtute, doctrina, aut armis conspicuorum facta Posteris traderentur, his enim ea ratione ad Sequelam Stimulus excitabatur ac animus; illis vero post mortem quoque tribuebantur commerita laudum encomia. hunc insignem usum ab antiquitate ad nos traductum esse testantur tot adumbrationes et Historiæ vitæ, ac Fatorum virorum nostri ævi, de Patria, aut Republica Litteraria bene meritorum, quæ continuo divulgantur, et Posteritati speculi instar proponuntur, ut hæc eos æmuletur, nomina vero illorum memoriæ æternæ transscribantur.

Hujus æternæ Memoriæ Lauro dignus merito existimatur Sedulus Naturæ indagator Carolus Nicolaus Langius Lucern. Helvet. Phil. et Med. D. Acad. Cæs. Leopoldino-Carolin. Societ. Reg. Prussicæ Phys. Crit. Senens. et Scientiarum Bononiens. nec non Reipub. Lucernensis Senat.

Hic vitam ingressus est in perantiqua Urbe Lucerna 18 Feb. 1670. Patre Joanne Jacobo Cive Lu=